


2. Quia ipse super mária fun**dá**vit **e**um : * et super flúmina praepa*rávit* **e**um.

*Et repetitur antiphona* Púeri. *ut supra.*

7. Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portae **ae**ter**ná**les : * et introí*bit rex* **gló**riae.
8. Quis est iste rex glóriae? † Dóminus **for**tis et **po**tens : * Dóminus po*tens in* **praé**lio.

*Et repetitur antiphona* Púeri. *ut supra.*

9. Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portae **ae**ter**ná**les : * et introí*bit rex* **gló**riae.
10. Quis est **is**te rex **gló**riae? * Dóminus virtútum ipse *est rex* **gló**riae.

*Et repetitur antiphona* Púeri. *ut supra.*

11. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.
12. Sicut erat in princípio, et **nunc,** et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

*Et repetitur antiphona* Púeri. *ut supra.*